Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tes precepta domini nostri ihesu christi in humi-
litate et mansuetudine perseverantes.
facientes elemosinas multas. deum
quotidie deprecantes ut unicum filium
a malis periculis liberaret. quem in fide
edocebant christiana. Cum ergo esset infans
annorum fere vii. commendaverit eum
cuidam presbytero nomine uranio. qui erat oc-
cultus propter metum paganorum. qui et docuit
eum litteras fideque veram. Cum autem factus
esset annorum xii. pater eius pelusius migra-
vit ad dominum. relinquens pecunias
multas supra memorato presbytero ura-
nio ad ministerium pauperum. Et cum
esset infans adultus usque in annos x
et octo. similiter et helara mater eius de hoc
seculo recessit. Beatus autem pelagius accep-
ta potestate omnem familiam suam ma-
nu misit. distribuit pecuniam. et uni-
versa que relinquere potuerunt pa-
rentes eius. et cepit cum memorato com-
morari presbytero. Cum autem esset annorum
xxv. facta est persecucio christianis acerri-
ma sub numiriano imperatore. Et venit
quidam iniquissimus iudex ebilasius
nomine directus a numiriano imperatore.
in supra memoratam civitatem emoni-
am. Hic iudex impius et sevissimus
erat in christianos. qui multas civita-
tes perguirans. multos christi servos per
bonam confessionem ad dominum transmisit
cum victorie palma. Qui cum noctis
hora tercia in civitatem ingressus fu-
isset sub silencio: alia die populum con-
gregavit. et cepit voce preconia cla-
mare dicens. Secundum preceptum imperiale
sacrificate diis immortalibus. Si quis
autem inventus fuerit non obediens preceptis
domini mei invictissimi principis. et fu-
erint contemptores. et non immolaverit

diis: diversis penis eos puniam. et cor-
pora eorum canibus derelinquam. Quo
audito. universi viri ac mulieres
derelinquebant deum. et immolabant
idolis. Erat enim immensa persecucio
adversus christianos. Quo audito di-
famulus pelagius flectens genua. lacri-
mas fudit coram domino dicens. Vide
domine ihesu christe quomodo appropinquaverunt
persequentes nos. qui querunt velut
aquam absorbere nos. Eadem vero hora
cum orationem faceret ad dominum: facta
est vox ad eum de celo dicens. Surge
pelagi. exaudita est oracio tua. Ego
enim tecum sum. et non te deseram. descende
et confunde audaciam tyranni istius.

Alia vero die dum descenderet ura-
nius presbyter ad quendam infirmum vi-
sitandum virum christianum. beatissimus pelagius
descendens a civitate se in faciem in-
dicis optulit. dixitque ad eum. Impiis-
sime et adeo omnipotente alienate. quid
tibi cum servis christi quibus prevalere
non potes. quia cor tuum alienatum est a
patre domini nostri ihesu christi. Audiens hec
ebilasius iudex. iussit afferri pon-
dera plumbi. et in collo manibusque eius
mitti precepit. et sic in carcerem pertrahi
dicens. Crastina die de te examen
faciam ad ludibrium omnium christianorum.
qui te malis eloquiis confortaverunt.
Cum autem pertraheret in carcerem. in-
gressum eum in interiore custodia in loco
gravi et obscurissimo reliquerunt
questionarii. Ipse quoque flectens
genua. oracionem ad dominum fudit dicens.
Domine deus omnipotens et domini nostri ihesu christi
pater. da perseveranciam servo tuo. et
confunde minas istius iudicis impiis-
simi. qui in tuo nomine cursum agonis